

# THOMÆ ACTII

FOROSEMPRONIENSIS

Iurisconsulti Equitis, &

COMITIS AVLAE LATERANENSIS  
ROTÆQ. PICENI AUDITORIS.

TRACTATUS NOVVS LEGALIS.

DE INFIRMITATE,  
eiusq; priuilegijs, & effectibus.

*In quo, & de comparatis ipsis agrotis, nempe senibus, mulieribus prægnantibus,  
pauperibus, absentibus, constitutis in mortis articulo, vel periculo, cæcis, mutis,  
surdis, peste infectis, debilibus, debilitatis, alijsq; impeditis plenè agitur.*

NON ABSQ. SVMMÆ IVRIS PROFESSORVM VTIILITATE.

Cum Summarijs, & duplici Rubricarum, & materiarum Indice.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, APVD IVNTAS.

MDCIII.

ILLVSTRISSIMO  
AC REVERENDISSIMO  
D. D. OCTAVIO BANDINO  
S. R. E. CARDINALI,  
ET PICENI DE LATERE  
LEGATO AMPLISSIMO.

Thomas Actius. S. P. D. ●

**S**ANITAS Ex Galeni sententia rerum  
omnium optima est: ea enim neglecta, ut scri-  
bit Hippocrates, nulla est ceterarum rerum  
voluptas; & sine qua, ut Orpheus cecinit,  
cuncta sunt hominibus inutilia, quare non ab-  
re, qui sanus, est diues est, factum est iam tritū  
sermone prouerbiū; Bonamq; corporis valetudinem huma-  
næ felicitatis partem esse Sapientes existimarunt; quod cum ita  
sit, meus de Infirmitatis priuilegijs Tractatus penitus ineptus  
esse videtur, & ad Medicos potius, quam ad Iureconsultos per-  
tinere. Verū si diligenter consideretur, apparebit huiusmodi  
argumentum etiam Iurisconsultorum esse, cum quotidie multa  
contingere soleant, quæ dissoluere necesse sit, uā ut sparsim, ac  
ieiune per Nostrates de Ægritudine scripta colligendo, ( nul-  
lus enim adhuc hoc ordine, locorumq; copia prestitit, quod absq;  
inuidia dictum sit ) operæ precium me f. Te existimem. Sani-  
tasq; paullo ante laudata nihil detrahit ægritudinis Priuilegijs:  
neque ipsa Ægritudo, à Deo rerum omnium auctore proue-  
niens,



# THOMÆ ACTII

Patritij Forosempronienſis V. I. D.

COMITIS PALATINI,  
EQVITISQVE AVRATI.

De Infirmiſate, eiusque Priuilegijs, & effectibus  
Tractatus Legalis.

PARS PRIMÆ.

PRAEFATIONIS SVMMARIVM.

- 1 *Infirmiſtas quid ſit iuxta linguæ Latinæ elegantiam.*
- 2 *Ægrotatio an differat ab ægriſtudine, & num. 3.*
- 4 *Pontifices Maximi, & Caſares poliſe non ſunt locuti.*
- 5 *Inſcriptio Tractatus, de Infirmiſate, cur ita facta.*
- 6 *Valetudinis verbum quomodo ſumatur.*
- 7 *Auſtor quare non inſcripſit librum de Valetudine, eumq; in duas partes ſecuit num. 8. Eiusq; proteſtatio qualis num. 10.*
- 9 *Artis progreſſus à generalibus rectè ducitur.*

PRAEFATIO OPERIS.



**I**NFIRMITAS, ſi latini ſermo-  
nis elegantiam ſequi volumus, eſt de-  
bilitas illa, quæ ex morbo, ſenectute,  
ſimilibuſq. cõtingit: vnde frequenter  
Marcus Tullius valetudinis infirmi-  
tatem, non ſimpliciter infirmitatem uſurpat, vt pro  
Cluent. 2. de legi. de Claris Oratoribus, & alibi, &

A quam